Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3177
Quelle:
Copyright:

Paſſionem *Chriſti* praecipue referentibus admodum vividis inſignis, *Precatorius* eſt, adornatus uſui cujusdam Ducum *Auſtriacorum*, qui *fol.* 18. p. 2. in prima Icone Sacrificio Miſſae adeſſe videtur flexis genibus, et inferne adſtituto Scuto gemino, quorum dextrum 5. Aves, quas hic *Aquilas* potius dicas, quam *Alaudas*, exhibet, alterum faſciatum eſt, ut ſolet. Atque haec Scuta redeunt *fol.* 62. Is porro eſt Ordo Libri: Preces miſcellae intermixtis *Pſalmis*, partim e Latino verſae, quarum multae ad ſuſceptionem V. Sacramenti pertinent. *Articuli*, ut inſcribuntur, LXV. ſive Orationes de Paſſione Chriſti autore *Jordano* O. Erem. S. *Aug.* qui a. 1380. apud nos obiit, in VII. Horas canonicas diſtributae. Officium Diei paſchalis. Multa ex *Anſelmo*, *Bernardo*que verſa de Paſſione Domini et B. V. Maria. Officium de Paſſione Domini, et de ejus Matre, utrumque duplex. Preces ad varios Coelites. Pſalmi *de Poenitentia* cum Litaniis OO. SS. Atque in his Pietatis Exercitiis plus ſolidi affectus et ſaporis eſt, quam in multis aliis tardius conſcriptis. Ampla praeterea ſeges dictionum antiquatarum pro Gloſſario *Auſtriaco.* Ita *Jemrig* lamentabilis, *Vermailigt* pollutus, *Sunden* peccare, *Laidigen* offendere, *Vingerl* anulus, *Erchuelung* Refrigerium, *Hailberticbleich* ſalubriter, *Purd* partus, *Anweigung* tentatio, *Verſpürzen* conſpuere, *Emplozzen* nudare, *Irrſal* error, *Anpitter* ſupplex, *Ebenweſen* ejusdem ſubſtantiae, *Trachait* acedia, *Drüſzel* roſtrum, os, *Stockben* compedibus induere &c. Anno 1583. *Codex* fuit *Magdalenae de Hörberſtorff* (Stirpis Styriacae nunc extinctae) natae *de Rattmanſtorff*, ut ipſa ad *fol.* 88. teſtatur.

DCCCCXLIV.

Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 108. f. charactere unciali ſcriptus et coloribus illuſtratus eſt *Collectio variarum Precum*, quarum potiores breviter commemorare viſum eſt. Praecedit *Calendarium.* Januarii dies V. vocatur *Der prebem obent*, XII. *Die ausfuerung gots von egipten.* Februarii I. occurrit *Sand preyd ein ivnchfraw*, IV. *Sand ſeld ein piſchbolf.* Idem repetitur XXI. Martii. VII. *Der viertzig ritter tag*, X. *Der viertzik martrer tag.* Ad calcem hujus menſis legitur: *Uermercht. das dy Edel vnd wolgebarne fraw. fraw Margreth Grefynn ze Kurbaw vnd fraw ze Laysnycz geſtarben iſt des Sambſtags noch vnſer lieben frawn Chündung Alſman ſchreibt von criſti gepuerd XIIII.c Jar darnach in dem ayn vnd tzwaintczigiſtem yar. Litera dominicalis fuit E.* Matrona haec filia fuit *Caroli Torquati* Comitis de Corbavia et Lycka, uxor *Ladislai Banſii* de Loſoncz. Hungarice igitur *Loſoncz* pro *Laysnycz.* Menſis Maji VIII. *Sand Stenzla ein martrer.* XXX. *Sand Selig ein pabſt.* Junii XXII. *Der czeben tauſent ritter tag.* Julii XV. *Die plant-*